

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum**

**[S.l., Mainz], 1523**

Qvibvs artibvs ivdices ecclesiastici caussas promiscuas, quae coram ciuili  
etiam magistratu in iudicum deducio possunt, sibi solis uendicare  
conentur

[urn:nbn:de:bsz:31-114121](#)

clum quod inter eos forte agebatur, eousq; processit, quo ab alterutra partium matrimonij contractus, ex pactionibus illis, ratus, perfectusq; prætendatur. At inficietur altera, datumq; est, ab altera alteri personæ uestiti, aut alioqui mundi muliebris quidpiam, tanq; arrabonis loco, adseruandum ac custodiendum. Accidatq; deinde, ut asserti cōtractus matrimonij s. contēplatione, cōtrahentes, ad ecclesiasticū perueniant tribunal, ac ibidē per sententiam, in diuersum ire iubeantur, separenturq;. Tum iudex ille ecclesiasticus inique hoc sibi in hac causa prætendit interesse. Nimirum, ut omne quicquid hinc inde arrabonis uice traditum sit, ut hōc sibi cedat tanq; cōmissum. id quod nedū cōtra omnia iura, sed & æquitatē atq; honestatē ipsam, pculdubio est.

**Q**VIBVS ARTIBVS IVDICES ECCLESIAS.  
ticī cauſas promiscuas, quæ coram ciuili etiam ma-  
gistratu in iudicium deduci possunt, sibi  
solis uendicare conentur.

**I**Tem, sicut complures sint causæ ita promiscuae iurisditis ionis, ut secundū iura cōmunia, apud ecclesiasticos atq; ciuiles iudices agitari & puniri possint, səpiuscule tamen euénit, ut quum ciuiles iudices, cōcessam sibi hac in re pruinciam & iurisdictionem administrare atq; exercere uelit. Quod id ipm ne faciēt per iudices ecclesiasticos, sub excōmunicationis poena eis interdicitur, prohibeturq;. Quod si diutius p̄stare deberet, breui ecclesiastici iudices a ciuili magistratu, eiusq; iurisdictione quascūq; etiā causas eximarent, suæq; affererent ditioni. Id quod Cæſareæ Maiest. cæterisq; lmp. Romani membris graue est, & intolerabile. Et quanq; secundū iura cōmunia, manifesta periuria atq; adulteria, maleficorumq; prestigia, ac cōsimiles aliae cauſæ, per ecclesiasticos ac ciuiles iudices, promiscuum, uter occuparit, ciuiliter pro tempore plecti possint, habentq; ita præuentio hac in re locu:n. Attamen ecclesiastici iudices contra omnia iura, cauſas huiuscmodi, solis sibi, suæq;

**C**iij iuris-

iurisdictioni usurpare conantur. Quod ipsum iurisdictioni  
civili non ferendum estonus ac grauamen.

Q VEM AD MODVM CAVSSAE PROPHAB-  
næ sub prætextu, denegatæ executionis ad  
ecclesiasticorū consistoria trahuntur,

ITEM, si quando personæ laicæ in cauſis etiam omni-  
no prophanis, a iudicibus ecclesiasticis citationes impe-  
trare conentur, prætendantq; magistratum ciuilem, debi-  
tam sibi iuris executionē facere neglexisse, antequam sum  
marie saltem per euidens aliquod docuerint instrumentū  
iustitiæ, ut quæruntur, sibi denegatam citationes tamē,  
atq; alij iudiciarij processus a iudicibus ecclesiasticis ad so-  
lam petentiū quærelam his decernuntur. Quod si dein-  
ceps ad petitionem, uel ciuilis iudicis, aut partis in ius uoca-  
tæ, cauſæ huiuscmodi ad ordinarium tribunal remittan-  
tur, præfigitur, ciuili iudici per breue quatuor hebdoma-  
darum, puta tempus fatale, intra quod, actoris intentioni  
& quærimoniae ex integrō, atq; ex asse executionis ordi-  
ne satisfaciat. Ac si in arctissimo ita p̄stituto termino sente-  
tia diuinitua, aut non fertur, uel executioni lata non man-  
datur, libertatem dehinc iudex ecclesiasticus dat actori lai-  
co, coram suo tribunal, ulterius procedendum, siq; non  
raro, (mirum hoc auditu) ut causa, quæ intra mensis spaci-  
um coram ciuili consistorio agitari, peragiq; debebat, q  
hæc eadem apud ecclesiasticum iudicem triennio, aut eo  
amplius pendeat, hinc indecisa.

AVNT præterea iudices ecclesiastici, in talibus ca-  
sibus prophanas ad se cauſas peritahere sibi licere, si ma-  
gistratus ciuili in administranda iustitiæ executione ne-  
gligens inueniatur e regione tamē ferre minime possunt,  
ut in pari casu idem iuris cum eis seruetur. Nimirum ut in  
cauſis ecclesiasticis quispiam de neglecto cultu iustitiæ ab  
ecclesiasticis apud laicos, aut ciuiles magistratus conque-  
ri, ac iustitiā sibi per ciuiles magistratus administrari po-  
stulare